

1781 [= 2458] in marmore albo. Ex S. Stephanino de Pontone de schola in aedes Adriani translatum¹ PROVINCIALES vel NICOTIVS apud Metellum. 'Ex agro Neapolim in Adriani Gulielmi domum translata, qui ad Ioannis maioris habet' MORILLON apud eundem. 'Sola inscriptio a tergo huius scripta 'maximis litteris [n. 1793] olim adparebat; nam tabulae latus, quo lex insculpta fuerat, adsutum parieti fuerat, ut donec eam Adrianus redemit, 'quod ante sex annos fuit, ignota esset' VALLAMBERTVS apud eundem. 'Inventa Puteolis, translata Neapolim' CORR. Apud Spadaforam ACC. Spadafora mortuo tabulam ablatam esse ab Alphonso Sancione Grottulanorum marchione auctor est CAPACIVS. Deinde pervenit in museum Farnesianum (teste indice eius a. 1796 n. 19) estque hodie in publico Neapolitano.

AB·COLONIA·DEDVCTA·ANNO·XC

N·FVFDIO·N·F·M·PVLIO·DVO·VIR

P·RVTILIO·CN·MALLIO·COS u. c. 619

OPERVM·LEX·II

5 LEX·PARIETI·FACIENDO·IN·AREA·QVAE·EST·ANTE
 AEDEM·SERAPI·TRANS·VIAM·QVI·REDEMERT
 PRAEDES·DATO·PRAEDIAQVE·SVBSIGNATO
 DVVMVIRVM·ARBITRATV
 IN·AREA·TRANS·VIAM·PARIETI·QVI·EST·PROPTER
 10 VIAM·IN·EO·PARIETE·MEDIO·OSTIEI·LVMEN
 APERITO·LATVM·P·VI·ALTVM·P·VII·FACITO·EX·EO
 PARIETE·ANTAS·DVAS·AD·MARE·VORSVM·PROICITO
 LONGAS·P·II·CRASSAS·P·I·IN·SVPER·ID·LIMEN
 ROBVTVM·LONG·P·VIII·LATVM·P·I·ALTVM·P·S·
 15 INPONITO·INSUPER·ID·ET·ANTAS·MVTVLOS·ROBVTOS
 II·CRASSOS·S·ALTO·P·I·PROICITO·EXTRA·PARIETE
 IN·VTRAMQ·PARTEM·P·IV·INSUPER·SIMAS·PICTAS
 FERRO·OFFIGITO·IN·SVPER·MVTVLOS·TRABICVLAS
 ABIEGINEAS·II·CRASSAS·QVOQVE·VERSVS·S·INPONITO

FERROQVE·FIGITO·IN·ASSERATO·ASSERIBVS·ABIEGNEIS
 SECTILIBVS·CRASSEIS·QVOQVE·VERSVS·DISPONITO·NI·PLVS·S·
 OPERCVLAQVE·ABIEGNEA·INPONITO·EX·TIGNO·PEDARIO
 FACITO·ANTE·PAGMENTA·ABIEGNEA·LATA·S·CRASSA·E
 5 CVMATVMQVE·INPONITO·FERROQVE·PLANO·FIGITO
 PORTVLAQVE·TEGITO·TEGLARVM·ORDINIBVS·SENEIS
 QVOQVE·VERSVS·TEGLAS·PRIMORES·OMNES·IN·ANTE
 PAGMENTO·FERRO·FIGITO·MARGINEMQVE·INPONITO
 EISDEM·FORES·CLATRATAS·II·CVM·POSTIBVS·AESCULNIEIS
 10 FACITO·STATVITO·OCLVDITO·PICATOQVE·ITA·VTEI·AD·AEDEM
 HONORVS·FACTA·SVNT·EISDEM·MACERIA·EXTREMA·PARIETI
 QVI·EST·EVM·PARIETEM·CVM·MARGINE·ALTVM·FACITO·P·X·
 EISDEM·OSTIVM·INTRO·ITV·IN·AREA·QVOD·NVNC·EST·ET
 FENESTRAS·QVAE·IN·PARIETE·PROPTER·EAM·AREAM·SVNT
 15 PARIETEM·OPSTRVITO·ET·PARIETI·QVI·NVNC·EST·PROPTER
 VIAM·MARGINEM·PERPETVOM·INPONITO·EOSQ·PARIETES
 MARGINESQVE·OMNES·QVAE·LITA·NON·ERVNT·CALCE
 HARENATO·LITA·POLITAQVE·ET·CALCE·VDA·DEALBATA·RECTE
 FACITO·QVOD·OPVS·STRVCTILE·FLET·IN·TE·RA·CALCIS
 20 RESTINCTAI·PARTEM·QVARTAM·INDITO·NIVE·MAIOREM
 CAEMENTA·STRVITO·QVAM·QVAE·CAEMENTA·ARDA
 PENDAT·P·XV·NIVE·ANGOLARIA·ALTIOREM·E·FACITO

LOCVMQVE·PVRVM·PRO·EO·OPERE·REDDITO
 EIDEM·SACELLA·ARAS·SIGNAQVE·QVAE·IN
 CAMPO·SVNT·QVAE·DEMONSTRATA·ERVNT
 EA·OMNIA·TOLLITO·DEFERTO·COMPONITO
 5 STATVITOQVE·VBEI·LOCVS·DEMONSTRATVS
 ERIT·DVVMVIRVM·ARBITRATV
 HOC·OPVS·OMNE·FACITO·ARBITRATV·DVO·VIR
 ET·DVOVIRATVM·QVI·IN·CONSILIO·ESSE
 SOLENT·PVTEOLEIS·DVM·NI·MINVS·VIGINTI
 10 ADSIENT·CVM·EA·RES·CONSVLETVR·QVOD
 EORVM·VIGINTI·IVRATI·PROBAVERINT·PROBVM
 ESTO·QVOD·IEIS·INPROBARINT·INPROBVM·ESTO
 DIES·OPERIS·K·NOVEMBR·PRIMEIS·DIES·PEQYN
 PARS·DIMIDIA·DABITVR·VBEI·PRAEDIA·SATIS
 15 SVBSIGNATA·ERVNT·ALTERA·PARS·DIMIDIA·SOLVETVR
 OPERE·EFFECTO·PROBATOQVE·C·BLOSSIVS·Q·F
 HS·OOB·IDEM·PRAES·Q·FVFCIVS·Q·F
 CN·TETTEIVS·Q·F·C·CRANIVS·C·F·TI·CRASSICIVS

Recognovi post Philippium, cuius emendationes dedi in add. ed. prioris. Est in vol. I n. 577 et in tabula Ritscheliana LXVI. Accursius J n. 35. Metellus cod. Vat. 6038 f. 57. 68. 204 et cod. Vat. 6039 f. 354 descriptam habuit ab amicis compluribus, qui ex ordine temporum sunt hi: 'Eryssonus Gallus exscripsit; Budaeus filius et alii viderunt' — 'Provinciales quidam contulerunt' (mutatum in 'Nicotius contulit') — 'Vallamb(ertus) exsc(ripsit)' — 'Nicotius contulit saxumque antiquum esse asserit ut Budaeus' — 'Antonius Morillonius Belga et aliquot Galli ex ipso saxo descriperunt descriptamque contulerunt MDXLVII' — 'Pyghius vidit et exscripsit, ex quo quidem Pyghio emendavimus'. Budaeus apud Pingonium cod. Taur. f. 80. Fabricius antiq. 1549 p. 23 qui descripsit. Smetius cod. Neap. p. 59. 60, ed. 14, 1 ab Ant. Morillonio et Steph. Pighio (inde Manutius orth. 55, 1; principium citant Panvinius Rom. p. 723 ed. 1558, fast. a. 649; Manutius orth. 1561 f. 33; Mazzella Pozzuolo n. 11). Waelscapple ms. f. 84. 85. Pighius principium citat in Herc. Prod. p. 489, totam refert ann. 3 p. 145. Corradus apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 280. Ligorius Neap. l. 35 p. 219, Bodl. f. 147, Taur. 14. Victorius ms. f. 62. Parisinus codex 5825 J f. 44. Ursinus ad Ant. Augustinum de leg. 1583 n. 21. Grut. 207 e Fabricio Smetio Brissonio. Giordanus ms. partem affert. Romanelli viaggio II, 133. Capaccius Puteol. hist. p. 21 cf. p. 10, Neap. hist. l. II c. 24 p. 726 cf. p. 715. Piranesi P. R. magn. et archit. (VII) Rom. 1761 tab. 37. Guarini illustrazione apologetica del marmo Puteolano a colonia deducta Neapoli 1824. 8. pp. 114; scioglimento di alcune nuove difficoltà proposte contro il marmo Puteolano. Neapoli 1825. 8. pp. 115—180. Ioh. Baptista Zannoni l'antico marmo scritto appartenente alla colonia di Pozzuoli. Florentiae 1826. 8. pp. 49. Alios de hoc titulo libellos recensere nihil attinet. Fiorelli cat. n. 674. Orelli 3697.

De tituli sinceritate olim dubitatum est propter formam litterarum, ut videtur. Provinciales quidam illi Metelli videntur rettulisse 'characteres Constantini seculum referre'; praeterea Metellus 'libens', inquit, 'a Pontano id saxum falso insculptum esse dixerim', sed statim addit: 'Benedicto tamen Aegio antiquitatis studiosissimo non ita videtur' et deinceps adnotat et Nicotio et Morillonio saxum antiquum esse videri ut Budaeo (quippe a quo primum acceperit). Similiter Smetius (ms.) haec adnotat: 'hanc legem, nisi doctorum quorundam hominum, qui illam viderunt ac descriperunt, testimonio atque arbitrio antiquam esse constaret, Pontani aut alterius cuiuspiam illius loci antiquitatis aemuli figmentum esse libenter dixerim'. Ea dubitatio eatenus rationem habet, quod ipsum titulum incisum esse aetate demum imperatoria, id quod monui iam in ed. priore, inter omnes hodie constat (cf. Ritschl in enarratione p. 58); eo enim ducunt cum orthographica quaedam (ut *duum virum* est 4, 8. 3, 6) tum maxime forma litterarum. De ipsius legis sinceritate cum hodie nemo dubitet, adscribam tantum quae scripsit olim ad me Borghesius: *Quantunque in un' accademia antiquaria la sua genuinità fosse messa a scrutinio e che colla preponderanza di un voto fosse dichiarata apocriфа, su di che potrà vedersi la biografia del Zannoni pubblicata dal Cavedoni (Mutinae 1835 p. 38), ciò non di meno la più sana parte degli eruditi Italiani è rimasta ferma nel giudicarla sincera*.

- I, 1 2 Ab colonia deducta anno XC, | N. Fufidio N. f. M. Pullio duovir(eis), | P. Rutilio
3 4 Cn. Mallio co(n)s(ulibus), | operum lex II. u. c. 649
5 6 | Lex parieti faciendo in area, quae est ante | aedem Serapi trans viam. Qui re-
7 8 demerit, | praedes dato praediaque subsignato | duumvirum arbitrato.
9 10 | In area trans viam paries qui est propter | viam, in eo pariete medio ostiei lumen
11 12 | aperito; latum p(edes) VI, altum p(edes) VII facito. Ex eo | pariete antas duas
13 ad mare vorsum proicito | longas p(edes) II, crassas p(edem) I (quadrantem). In-
14 super id[id del.] limen | robustum long(um) p(edes) VIII, latum p(edem) I (quadrantem),
15 16 altum p(edes) [p. del.] (dodrantem) | inponito. Insuper id et antas mutulos robu-
17 stos | II crassos (bessum), altos p(edem) I proicito extra pariete | in utramq(ue) partem
18 19 p(edes) IV. Insuper simas pictas | ferro [f]igito. Insuper mutulos trabiculas | ab-
II, 1 iegineas II, crassas quoque versus s(emissem), inpon[ito] || ferroque figito. Inasser-
2 rato asseribus abiegneis | sectilibus, crasseis quoque versus (trientem); disponito
3 4 ni plus (dodrantem). | Operculaque abiegnea inponito. Ex tigno pedario | facito
5 antepagmenta abiegnea lata (dodrantem), crassa (semunciam) | cumatiumque
6 inponito ferroque plano figito, | portulaque tegito tegularum ordinibus seneis
7 8 | quoque versus. Tegulas primores omnes in antepagmento ferro figito mar-
9 10 ginemque inponito. | Eisdem fores clatratas II cum postibus aesculnieis | facito
11 statuito ocludito picatoque ita, utei ad aedem | Honoris facta sunt. Eisdem
12 maceria extrema paries | qui est, eum parietem cum margine altum facito
13 14 p(edes) X. | Eisdem ostium, introitu in area quod nunc est, et | fenestras, quae
15 in pariete propter eam aream sunt, | pariet[e] opstruito; et parieti, qui nunc est
16 17 propter | viam, marginem perpetuom inponito. Eosq(ue) parietes | marginesque
18 omnes, quae lita non erunt, calce | harenato lita politaque et calce uda dealbata
19 20 recte | facito. Quod opus structile fiet, in te[r]ra calcis | restinctai partem quar-
21 22 tam indito. Nive maiorem | caementa struito, quam quae caementa arda | pendat
III, 1 p(ondo) XV, nive angolaria altiorem (trientem semunciam) facito. || Locumque
2 3 purum pro eo opere reddito. | Eidem sacella aras signaque, quae in | campo
4 5 sunt, quae demonstrata erunt, | ea omnia tollito deferto componito | statuitoque,
6 ubi locus demonstratus | erit, duumvirum arbitrato.
7 8 | Hoc opus omne facito arbitrato duovir(um) | et duovira[rum], qui in consilio esse
9 10 | solent Puteoleis, dum ni minus viginti | adsient, cum ea res consulatur. Quod
11 12 | eorum viginti iurati probaverint, probum | esto; quod ieis improbarint, improbum
13 14 esto. | Dies operis: k. Novembr(ibus) primeis. Dies pequn(iae): | pars dimidia
15 dabitur, ubi praedia satis | subsignata erunt; altera pars dimidia solvetur
16 | opere effecto probatoque.
17 C. Blossius Q. f. | HS ∞∞, idem praes.
Q. Fuficius Q. f.
18 | Cn. Tetteius Q. f.
C. Granius C. f.
Ti. Crassicius.

Rogatu meo antiquam architecturam qui hodie optime calleat Carolus Boetticher portulae de qua agitur et faciem et latus et formam delineavit, quae qui adhibet vol. I inserta, inscriptionis difficillimae optimum commentarium habebit. Pauca addidi, quae meae sunt provinciae. — I, 1 Colonia Puteoli cum deducta sit a. u. c. 560, annus coloniae nonagesimus vere incidit in a. u. c. 649. Ceterum numerationis eiusmodi in Asiae nummis marmoribusque vulgaris usus in Italia admodum rarus fuit neque inde exempla mihi suppetunt praeter hunc titulum notumque Interamnatem anni post Interamnem conditam DCCIII² (Orell. 689) paucissimosque Romanos eosque fere sacros (v. meam chronologiam Rom. p. 200 ed. 2). Duoviri autem cum consulibus recte nominantur in colonia civium Romanorum. — 13 ID videtur accessisse ex interpolatione. — 14 P ante s: delendum est. — 18 ferro figito scribendum videtur pro ferro offigito, quod ortum est ex prava geminatione. — 19 INPONO lapis. — II, 3 hoc videtur lex dicere trabiculas asseribus inasserandas esse ita, ut ne plus dodrantem altera ab altera distet. — 6 portula Iahnus Bullett. 1844 p. 11 accipit pro portulam; quod probavit Boetticherus. m accusativi subinde omittitur in hoc titulo secundum antiquam consuetudinem. — 15 PARIETEM lapis. — 17 calce harenato, quod invenitur bis apud Catonem de r. r. 18, 7, est calce et harenato omissa copula; opponitur calx uda. — 21 caementa hic tegula est. Locum hunc recte interpunxit et exposuit primus O. Iahn Bull. dell' Inst. 1841 p. 41. — III, 8 DVOVIRATIVM lapis. — 17 explicat Festus ep. p. 151 Müll.: Manceps dicitur qui quid a populo emit conductive — qui 'idem praes' dicitur, quia tam debet praestare quod promisit quam is qui pro eo praes factus est. C. Blossius hoc opus cum faciendum redemisset sestertiis mille quingentis, praedes dedit; qui cum ex iure praedatorio soli populo tenerentur (manceps enim si minus praestabat quae receperat, quanti ea res erat, non ab ipso sed a praedibus exigebatur), ipse quoque manceps praedis loco se obligare solebat.